UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis compraehensae sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris Baronii Chronologiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

Lippeloo, Zacharias

Coloniae, 1595

VD16 ZV 18288

S. Martij Abbatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43699

Visual Library

reiscrepidis, longis fibulis confixis, calceari iuſſit,
calciatosque curſibus agitari vt hoc ſaltem certa-
mine victi tyranno ſupplices fierent. Sed hæ quoq;
machinationes, vt priores omnes, in nihilum reci-
derunt. Indè in lacum viua calce refertum miſſi,
ſed diuina virtute à calcis ardore conſeruati ſunt.

Poſtremò cùm iam planè emotæ mẽtis eſſet im-
pius, accenſa fornace ferrea, iuſſit vtrumque cum
Agathonica Papyli ſorore in medio illius voraci- Agathonica
bus obijci flammis; ſed eæ quoq; diuina virtute re- ſoror Papyli
ſtinctæ magnum ijs refrigerium attulerunt. Indè
igitur educti rurſus carceribus mandati ſunt: do-
nec iudex in omni certamine victus ægrè tãdem ca-
pitis in eos ſentẽtiam tulit. Tum verò martyres in-
gentes lætititiæ voces edentes, & hymnis ac canti-
cis Chriſtum celebrantes ad locum vltimi certami-
nis properarunt; à quibus Agathonica nullo modo
ſe auelli paſſa, vt laborum & certaminũ, ita etiam
coronarum particeps fieri meruit. Ante verò quàm
ſacratiſſimas ceruices gladijs ſubijcerent, ardentes
pro occiſoribus preces fundebant, vt Chriſtus Ieſus
eos ab errore liberaret, per quos ad diu deſideratã
gloriam pertingere mererentur. Cumque hoc mo-
do & illis & omnibus circumſtantibus Chriſti gra- Plectuntur
tiam precati eſſent, incredibili gaudio perfuſi fœ- capite mar-
lici certamine curſum confecerunt; & martyrij co- tyres.
rona redimiti in cęlos auolarũt tertiodecimo men-
ſis Octobris.

VITA S. MARTII ABBATIS. EX EA qua eſt per D. Gregorium Turonen. Epiſc. de vita Patrum cap 14.

BEatiſſimus hic Martius Aruernæ vrbis Abbas, 13 Aprilis.
eiuſdem territorij incola, à pueritia mirè fuit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Eximia pietas eius à puero.

pietatis ſtudio deditus; adeò vt pullulantes
mortalium actionum cogitationes in ipſo di
tionis exordio gladio Spiritus ſancti ſuccide
neque quicquam omninò, quod animæ puri
næuo aliquo aſpergere poſſet, admitteret. Era
poris domitor egregius, pauperum patronu
mius, vigiliarum patientiſſimus & aſſiduo
nis ſtudio intẽtus. Cumque ad legitimę ætati

Cellam ſibi in mõte ſaxeo condit.

fectionem veniſſet, haud procul ab vrbe ſec
accepto ſarculo, in mẽte lapideo cellulas ſib
pere cœpit, vt ab omni profanorũ hominu
greſſu remotus in anguſto habitaculo arctior
ris vinculo per cęleſtium rerum contempla
Deo coniungeretur.

In hac ergò rupe cauata, cœpit cum adm

Vitæ eius auſteritas.

ſanè vitæ auſteritate tota mente Deo ſeruire
ctum ei duriſſima præbebat petra, nec prius
ſculum ad requiem componebat quàm feſſa
labore membra humi laberentur & ſic breu
ſomno viribus vtcunq; refectis ad intermiſſ
opus redibat. De victu nihil ſolicitus, quod
torum hominũ benignitas ſuppeditabat, ho
magna gratiarum actione recipiebat. Inter
minus qui in Sanctis ſuis glorificatur cœpit
ſui meritum loci illius incolis declarare. N

Miracula eius.

mones de obſeſſis corporibus in nomine Ieſ
ſti verbo fugabat, morbi contagiones Cruci
culo reprimebat, febribus infuſo benedict
quore medebatur, multaque alia beneficia
tribuebat.

His alijsque fama ſancti viri per omnia l

Monachos colligit.

lebrior facta, non paucos ad eius diſciplin
gregauit, adeò vt locus monachorum mult
& virtutum omnium amœnitate inſignis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

floreret, gratiſſimumq́ue pietatis odorem longè lateq́ue ſpiraret. Erat hortus diuerſis oleribus, arboribusq́ue conſitus, in quo vir ſanctus, ſuſurrantibus auræ ſibilo folijs, animum frequenter pia meditatione paſcebat. Hunc imprudens quidam, iniqua cupiditate inflammatus, furtiuo aſcenſu ingreſſus, omnis generis fructibus per fraudem collectis onuſtus rurſus cùm egredi vellet, nequaquā potuit. Diuino enim iudicio detentus & onere conſcientię oppreſſus exitum nullo modo inuenire poterat. Hoc vir ſanctus per ſpiritum comperto quid fecit? An furem illum compedibus vinctum in carcerem miſit? Immò Præpoſitum miſit qui miſerum illum dura peccati ſeruitute oppreſſum liberaret, ac blādis pijsq́ue monitis inſtructum, rebusq́ue illis quæ per fraudem collegerat donatis onuſtum dimitteret. Hoc enim vir ſanctus vel maximè ſpectabat vt cùm corporum, tum animorū morbos lenibus inprimis medicamentis ſanaret. Niuardus quidam diuturna febre detentus poſtea à frequentiore aquę hauſtu hydrope intumuit: quę infirmitas cùm omnem ſanitatis ſpem protinùs illi præcidiſſet, curauit ſe vehiculi beneficio ad ſanctum deferri, qui in oratione pro illo proſtratus, blandiſſimo manûs ſuæ contactu ſanum eum & incolumem reſtituit: nec hunc modò ſed alios quoque alijs atque alijs languoribus oppreſſos mira facilitate ſanitati reſtituit.

Fur diuinitus punitur.

Māſuetudo animi & benignitas S. Martij.

Sanatur hydropicus.

Ipſe autem ætate nonagenarius bono deſudans certamine, ad ſempiternam iuſtitię coronam commigrauit, cuius tumulus multis miraculorum virtutibus illuſtris clariùs eximiam viri ſanctitatem loquitur.

Obit vir Dei.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN